Continuatio rariorum et aspectu dignorum varii generis quæ collegit et suis impensis æri ad vivum incidi curavit atque evulgavit / Basilius Besler.

Contributors

Besler, Basilius, 1561-1629.

Publication/Creation

Noriberg : [publisher not identified], 1622.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/cxc4j7zw

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org













NOBILISS AMPLISS DOMINIS, REIPUB: NORIBERGENSIS SENATORIBUS PRUDENTISS, DOMINIS MEISOBSERVANTISS.

Erum, que sub hoc universo continentur, sive es sint ex censu animatarum, sive inanimatarum, Derrestrium sive aquatilium rariorum quidem & passim & ubique non occurrentium admiratio Sme à teneris tenuit, adeòque fodicavit, ut iis colligendis jam dudum animum adjecerim. Videbatur & studium atg, professio mea ab hoc non tantum non abludere neg, abhorrere, sed verò id impendio exigere : Si enim cuivis scientie vel artis sua subjectum familiariter cognitum habere, necessario incumbit s quidni & mihi simplicia sive pharmaca ingredientia, cujusmodi rariora illa ut plurimum sunt, domestice nota effe debent? In animum vero nunquam induxi meum, neque etiam hoc à me impetraffem unquam, ut istarum quidquid est quisquiliarum à me pedetentim collectum, velut theatro publico destinarem atg, exhiberem, horum temporum & morum non ignarus, quibus, sat scio, hoc opusculum non ut Phidia signum primo statim adspectu omnium subfragiis probatum iri, sed fore, quorum alii me Phaethonta viribus meis majora tentasse, S humeris graviora suscepisse ; alii Ardelionum pennas nido majores extendisse, & ultra septa transiliisse : alii Morychum domesticorum negotiorum negligentem , aliena tractasse s alii Suffenum sibi spsi blanditum & stulte se admiratum effe s alii Bibulum laureolam in mustaceis quasiffe , & ex nauci & frivolis rebus inepte gloriam captaffe s alii denig, dicturi sint, me ad gentiles & adgnatos deducendum, quòd mibi non melius sapiam, sed pecuniams hanc in rem impensam temere prodigam: Nisi mihi alia prorsus insedisset ratio, vindicanda scilicet ab interitu ejusmodi

ejusmodi effe, si non ipså re, ære tamen; Me tamen meo pede ac modulo ante omnia mensus, S emensus fui, me absg, jactura rerum S dierum horulis aliquot subsecivis, S feriis negotiis subtractis, id quidquid est rei Chalcographo sub manus S incudem q. dare posse. Et si aliis ut volupe, ita integrum atque concessum est, in alias res ludicras, interdum parum vel minime honestas, sua prodigaliter profundere, quidni mihi sumpserim, vel tantum banc in rem insumere? Nec est, si vel maxime mei amàtor S admirator est que non nisi ex magnis S arduis surgere, eáque comitari didicit, sperem s quidquid verò ejus sit, ut chypeus, quot caput contra ejusmodi Momorum, Zoilorum S Theonum tela S morsus obmuniam S defendam, suppetat. En Vobis, Patres Patriæ perpetuò Pii, Fasciculum hunc, qualis qualis etiam S quantulus sit, totum mancipo, spe fretus certà à Vobis non solum illum, sed S me, meáque omnia, ut bactenus, ita deinceps contra omnem calumniam S injuriam assentim atque defensum iri: DEUS Opt: Max: Vos, Patres Conscripti, patriæ commodo S bono diu multumque incolumes S conservet S protegat. Dabam Noribergæ 6. Aug: Anno clo loc XVI.

> V. N. A. omni subjectionis cultu addictiff: Civis

> > Basilius Besler.



